



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annvs Sanctvs Ac Fortvnatvs

Coloniæ Agrippinæ, MDCXLVIII

S. Ægidivs Abbas. 1. Septembris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53246)

S. ÆGIDIUS ABBAS.

1. Septembris.

1. Ægidius regia stirpis fuit, à prima ætate diuinis literis, & charitatis officijs ita deditus fuit, vt nihil præterea curare videretur. DOC. Vis perfectus esse Charitatem cole. Caritas summa perfectio est.

2. Parentibus mortuis adolescens patrimonium diues pauperibus erogauit: quin etiam nobilem tunicam exuit, vt agrum indigentem vestiret, qua ille indutus statim conualuit. Quam charitatem, miraculumque vt tegeret, pio dolo ablatam sibi vestem ab ignoto homine distabat. DOC. Pauperibus benefac, & virtutem occulta.

3. Vt sanctitas eius lateret, è cœnobio B. Casarij cum venia discessit, antrumque in eremo cum cerua commune habitauit, cui famelico ceruæ vbera, & panis radices potum cibumque suppeditarunt. DOC. Ferz etiam virtutem hominis colunt, maxime temperantiam quidni & DEVS?

4. Captæ Ceruæ ad Ægidium refugienti Rex Clodouæus Libertatem indulxit: Ægidio fortuita venatoris sagitta vulnerato Rex Cœnobium in poenam construxit, dotemque regiam donauit; sibi vnam erroris veniam humiliter exorauit. DOC. Talis pietas laudanda est, & imitanda.

5. Etiam grauioris & occulti delicti veniam Ægidius sub precibus Regi impetrauit, quod scheda annotatum è cœlo fuerat delapsum, nunquam delendum nisi Rex monitus à S. Ægidio vitium correxisset.

Sanctus verò post administratum aliquamdiu Cœnobium ad cœlos ipse tam sibi propitios euolauit. DOC. Cauene latens in animo peccatum serues, ne te ipsam damnes.